

*Pro cabellotis dohane et
fundaci Baroli XI indictionis.*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Pro cabellotis dohane et
fundaci Baroli XI indictionis.*

...

Karolus etc. Iustitiario Terre Bari etc. Ex parte cabellotorum baiulationis dohane et fundaci Baroli olim in anno... XI ind.... nostre fuit expositum Maiestati quod, cum occasione turbationis... et rebellionis Sarracenorum Lucerie et aliorum proditorum nostrarum terrarum ei vicinarum Baroli ac galearum Brundusii, que eodem tempore contra fidem nostri nominis permanebant, a diaccessu nostro de Fogia usque per totum mensem augusti indictionis eiusdem, dohana et fundacus Baroli clausi fuerunt, sic quod de cabella predicta nullos proventus percipere potuerunt, cum mercatores ad terram ipsam occasione huiusmodi non venissent, nec homines et mercatores Baroli de terra ipsa excire potuerunt, cum pro inforcio et custodia eiusdem terre in terra ipsa morari oporteret, propter quod de capitali quantitate pecunie, per quam cabellam emerant, dampnificati fuerunt, supplicarunt... eis... misericorditer provideri. Ideoque f. t.... mandamus quatenus de premissis... per testes fide dignos inquisitionem facias, et factam ad Cameram nostram et Mag. Rationales sub tuo sigillo studeas destinare. Cautus etc. Datum in campo in obsidione Lucerie, XXVI aprilis, XII ind.